vbi adam occultatus est. Ibi cum alacritate et libera
voce dicam. adam vbi es? Adorem et gloriam
offeram. qui expandisti oculos meos. et iniquitates dis-
persisti. O domine per lacrimas meas in conspectu tuo.
sicut in promissione tua. ut videat inimicus meus re-
trorsum. et compunctus conturbetur. cum viderit me
in loco. quem preparauerunt manus tue. Compertus autem
inimicus meus videre in loco quem cum propter delicta mea
perdideras. videat autem me in loco vite. et confusus in
tenebris conturbetur. quia neque voluntas eius effecta
est in me. Itaque benignissime. ita amator hominum
ita qui solus es sine peccato. effunde super me in mensuram
misericordiam tuam. Da mihi ut ego et hii qui diligunt te.
regnum tuum efficiamur heredes. et videntes gloriam tuam.
adoremus bonitatem tuam. et dicamus patri qui dignos
fecit nos videre incomparabilem pulchritudinem tuam.
Gloria patri qui fecit nos. et gloria filio qui redemit
nos. et gloria spiritui sancto qui saluauit nos.

¶ Explicit liber primus sancti Effrem dyaconi atque abbatis
de compunctione cordis

Incipit sermo sancti Effrem de Iudicio dei et resurrectione.
Et de regno celorum et de misericordia eius.

Gloria omnipotenti deo qui os nostrum superno
nutu aperuit. ad enarrandum de illis terri-

bilibus mirandis. de quibus omnes sancti a seculo ceci-
nerunt. Que ignorare vel oblivioni tradere in periculo nostro
grande detrimentum est. quanta pro commissis contra precep-
toribus supplicia. et quanta iustis promissa sunt premia.
Idcirco semper mente et meditari debemus. neque continue
insistere et operam dare. semper de celestibus sapere. et
sublimia et eterna sectari. contempnentes temporalia desi-
derantes. et ad illas promissiones tendentes. de quibus omnes
sancti suspirantes et longe aspicientes. per fidem et pa-
tientiam. tribulationum longitudinem equo animo pertulerunt
fidelem existimantes eum qui repromisit. Nam
in carcere tristitie. quo raram corporis arbitratus
~~[illegible]~~ expectabat illam beatam diem divinam
splendidam. in qua fulgebunt ut sol in conspectu dei
filii eius gloria et sanctis omnibus suis. descendet in nubi-
bus celi. veniet et continue brachiis suis. et opera omnium
cunctorum coram ipso. et colliget sanctos suos a summo
celi usque ad summum eius. tunc est intellectabilis po-
tentia. in qua celi revelabuntur sicut liber. et terra pro-
ducet omnes qui a seculo perierunt. mortales et preterea
et omnia obstupescent a facie eius. cum venerit
iudicare vivos et mortuos. Omnes tremor
apprehendet. et omnes celorum conturbascent. eo quod
ultra nimis erunt castra eius. et fortia opera

Veniet nos.

sonorum eius. Nubes erunt pedibus pedum eius quomodo
mare et opstiterunt eum. Veniet dominus cum ducibus suis in dig-
nitate et ira, et tamquam procella currus eius, et exercitus sequebitur
ante faciem eius. Audient enim omnes qui in monumentis sunt
vocem, et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem
vite; qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicii.
Tunc apparebit, o terribile iudicium Christi, in quo thro-
ni apponentur, et multa milia angelorum astabunt.
Flumen igneum currit ante eum, et libri aperientur
in quibus singulorum acta conscripta sunt. Operum in conscientiis
[illegible] dei illud in quo hodie omnis dux involabit. Non pe-
nitet gloriam in sanctis suis, non negligentias suas deleas
nisi [illegible] a patribus et tradunt inde, tamquam de terminis
et prophetis delatum. Ne obdormiamus sopore ne-
quissimo, sopore [illegible] patrum et matrum. Ne oblivi-
scamur scelorum patrum, qui hanc vitam nostram ducentes op-
timam ceperunt. Quorum exemplaribus conversationem
imitemur fidelium. Qui circuierunt in melotis et
in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quo-
tidie pro nomine Christi morientes. Beatos enim quomplures
nos obdormisse, et numquam de die illa terribili
[illegible] cogitasse, qui sine dubio non veniet sponso
sed procedente a thalamo. Nos ergo ad custodiam
servemus nos omnes, opportunitatibus patrefaciamus Christum
dominum ac deum nostrum, qui non dormiens esset. Propter

Nota

nuam salute paup factus est. et infirmitatem nram
voluntate ppa in semetipso suscepit. Illa ideo
paup factus est. ut diuicias suas nobis socios
faceret. et ineffabiles futuras glorie ptaptas demonstra
ret. Ideo crucifixus est. ut nos a crudelitate et
potestate dyaboli liberaret. Huic ergo sine
intermissione diligere debemus. ut ab ipso proximi
dilecti mereamur. et cum illo in mansione illa que apud
patrem parata est. intreamus. et videamus lumen
in lumine. Terribilis eius dies illa. et admodum
magnus et prolixissimus. Et quis ydoneus erit
Propter quod has passiones habetis et effabiles
et tremendas. operatis operatio inenarrabili et
gloriosa. Abluamus frequenter animas nras lacrimis.
ne radices amaritudinis fructus germinantis impe-
diat. Quod hanc vero ignoratur nisi. Ut cum illo pu-
rissimo ac splendidissimo lumine consistamus. In quo
non est macula vel ruga. contemplemur inestimabile
ac beatum xpm et salvatorem nrm naturam. Ubi
pater et filius et spiritus sanctus. Ubi contemplabitur omnium na
turam angelorum et archangelorum et virtutum et potestatum
Ibi sancti videbitis. que vobis a seculo vi-
de servata sunt ineffabilia bona. Ibi videbitis
sanctam civitatem. que omnium de pacis [illegible] nra est

Illic ex uberibus eius consolacionis lacte potabitis
Illic de torrente voluptatis bibetis. Illic vocabi-
mini filii dei. Illic aperientur vobis porte regni dei
et intrabitis in penetralibus patris. Illic vobis
ostendet omnes sanctos suos. Illic vobis apparebit sol
iusticie. Illic exultabimus et letabimur tanquam vi-
tuli soluti a vinculis. Illic transformabit deus
corpus humilitatis vestre conforme corpori claritatis
sue. Illic renovabitur sicut aquile iuventus vestra
Illic terram repromissionis videbitis. Illic sub
alis eius protegemini. quemadmodum si mater filium suum
protegat. Illic videbitis et letabimini de quibus
in hoc seculo sine cessacione planxistis. Illic percipietis
coronam pulchritudinis et vestem iocunditatis
de manu dei et dicetis. Letetur anima mea in domino.
Induit enim me vestimento salutis et iusticie. et cir-
cumdedit me veste ~~[illegible]~~ leticie. Tanquam sponso
coronam posuit in mitram. et tanquam sponsam ornavit me
ornamento. Illic saciabimini omnes qui esuritis et sititis
iusticiam. Illic fulgebitis sicut sol in throno patris
vestri. Illic immortalia solacia invenietis. Illic dabitur
vobis sine perturbacionibus et fluctibus longitudo dierum
Illic vox leticie et exultacionis. Illic vobis preparatus
est locus in domo dei. et muris eius. et nomen
sempiternum quod non delebitur. Ipse enim dominus noster

est eorum. Nam non erit vero solis conspectus. si quis
fratribus et fratribus in celis gaudeo. In die illa qua
iudicabit deus occulta hominum. inuenietis fiduciam.
ubi effugabitur dolor et tristicia. Ubi enim recordamur
dei illius tremendi et aduentus dei gloriosi. cum ve-
nerit sponsus cum multitudine constipatus. in quo celi
magno impetu transibunt. elementa ignis calore
soluentur. parentur nobis sunt manifesta inuenientur in illo
terribili examine xpo. in quo omnes actus nostri. et cogi-
taciones et eloquia exquirentur. Nam et pro operibus. et
sermonibus ociosis. et pro delectacionibus et inhonestis aspec-
tibus et omnibus actibus vel manifestis vel occultis. que ab
origine mundi vel cogitata vel gesta sunt. id est pro
omnibus suis iudicium singuli sumunt. racionem singuli
reddet. Ergo non glorie nostre in terrenis queramus. nec
carnis nostre in desideriis seruiamus. non temporalia et corrup-
tibilia diligamus. Et ne talentum nostrum confodiamus
in terra. nec cum stultis illis virginibus cogitemus
Nec hic mundo vtamur. eo quod preterit eius figura. quia
et si domus nostra huius habitacionis dissoluatur
domum non manufactam eternam in celis habebimus. Hec
primum non queramus. sed futura desideremus. Intu-
entes eciam nostram dilectionem ad sanctos. et inueniemus
eos tamen mente cum cogitacione ad illud in mente.

seculi translatos. Hi circuierunt ut supra memini-
mus in melotis et pellibus caprinis. egentes. angustiati
afflicti. quibus dignus non erat mundus. in solitudinibus
errantes. in montibus et in speluncis. et cavernis terre.
lapidati. et secti. et omnium temptacionum obprobriis
temptati. laboraverunt sequentes post deum. Nec aliquis eorum
quod diximus. propositum eorum mentisque turbavit. Sed
quemadmodum adamantinus murus non patet insidiis.
sic eorum mentes in gressa. et conversatio eorum permansit
immobilis. Nichil hic esse requirebat. sed magister
ibi thesaurizabat. fidelis confirmatus quem ipse
misit. Unusquisque eorum sustinuit sola intelligentia
spirituali. et per cordis oculum contemplabatur. que nec
oculus vidit. nec auris audivit. nec in cor hominis
ascenderunt. et que angeli desiderant prospicere. Pro
quibus constituti in terris. velocem depositionem tabernaculi
sui querebat. et de illa superna commoracione
quam tarde se adipisci sentiebant. continuis gemitibus prela-
mabat dicentes. Hei veniam et apparebo ante
faciem dei? Et alius Bonum est michi mori quam vivere
Et ille vas electionis apostolus Omnia mundi oblectamenta tamquam
stercora computabat. propter quod dicebat Cupio dissolvi
et esse cum christo Et ~~symeon~~ Symeon cum illi nostre
glorie veterem emisit. cum deo dicens suas voces

suscepisset. Nunc dimittis servum tuum domine: secundum
verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salu-
tare tuum. Quemadmodum enim in communibus ut dicitur contra-
riis. sic ob sancti consolati ad tempus in solacionibus suis in
corporibus commorantur. ad tranquillissimum portum festi-
nantes. ut adipiscantur secum pluribus certum. Spiritua-
libus delectissimis inspirantes. ad hos viros mirabiles
et beatissima eorum sequentes vestigia. ut nos et passionibus
eorum communicantes. ad nichil aliud cor nostrum di-
rigamus. nisi qualiter deo placeamus. Nec propter gloriam
humanam intardemus animum nostrum. quia nunquam ad mensuram
patrum nostrorum pertingere valeamus. sed ob virtutem ut re-
periamus per merita eorum nos ipsos in regnis celestibus
gaudeamus. Nam si fuerimus passionum. scilicet et conso-
lacionis erimus. et si sustinemus. et conregnabimus
Quia non sunt condigne passiones huius temporis ad
futuram gloriam que revelabitur in nobis. Nec ignoratis.
quia qui seminant in lacrimis in exultacione metent.
et qui parce seminant. parce et metent. Euntes igitur
ibant et flebant portantes semina sua. Venientes
autem venient cum exultacione. portantes manipu-
los suos. Et beati qui esuriunt et sitiunt iusti-
ciam nunc. quia ipsi saturabuntur. de illa in regali mensa.
de qua abraham. et ysaac et iacob et omnes sancti

Hic

a seculo requiescet. Beatus ergo est, qui in suis operibus
negligenter gessit, et conmaculata facit animam suam,
de qua nobis grande certamen est. Quid proderit
si lucretur quis ~~[illegible]~~ universum mundum. anime
autem sue detrimentum patiatur. aut quam dabit homo
commutacionem pro anima sua. Igitur festinemus. ne excludamur
ab illis promissis certis. et a thalamo inmortalis
sponsi. Nequaquam incipiamus foris stantes clamare et
dicere. domine domine aperi nobis. Tunc tunc penitencia
nobis nichil proderit. sed contrarium audiemus. nescio
vos. unde sitis. ibi ubi erit fletus et stridor
dencium. De hac vero certamine agitur. de qua si
neglexerimus. periculum magnum est. et sup-
plicium sempiternum. Hic est enim in inferno confessio.
non sunt lacrime ubi. nec gemitus. qui inducens animam
suam. Hic est dilacio nulla temporis ad agendam
penitenciam. non est ingressio post exitum ad vitam. sed
omnia aspera et dura et amara occurrunt eis qui

De miseris peccatoribus

tempus penitencie perdiderunt. Obviabit eis horrenda
illa facies suorum debitorum. et tormentorum ama-
rior conspicit et durior. Sed et conscientie sue verberi-
bus cruciati. infelices illa verba crebro ~~[illegible]~~
proloquuntur et dicunt Ve ve nobis miseris. quibus
contigit videre hanc diem. Obviamque enim peior

tunc celos gradietur. contemplabitur ymagines suorum de-
lictorum. Tunc videbitis angelos et archangelos
per circuitum undique discurrere. et omnes electos et sanctos
dei congregare. qui rapientur obviam domino. et sic semper
cum domino erunt. Ubicumque fuerit corpus congre- illuc
gabuntur et aquile. Peccatores enim et negligentes
vite eterne videbunt ista et conturbabuntur. Sol
enim tunc obscurabitur. et celum tunc plicabitur tamquam
liber. astra cadent. omnia conturbabuntur elementa.
virtutes et potestates absistent et ignis velut
flumina currens dies omnia terrore implebuntur. Ignis
enim ille comburet montes et colles et maria. et omnia
deus iudicabit per ignem. Tunc in illa die videbitis
circumdatum orbem tamquam pomorum custodiam. et turbas
illas angelicas terribilia et tremenda plangentes et
fulgebunt tamquam claritas firmamenti. Tunc lamenta-
bunt se et plangebunt se omnes peccatores et illud ama-
rissimum proclamabunt. Ve ve nobis. Tunc videbunt
leticiam et claritatem cum viderint abraham ysaac sanctorum
et iacob et omnes sanctos prophetas in inmarcessibilibus coronis.
dei manu dei. cum viderint se ab eorum consorcio segre-
gari. Tunc exibunt angeli et separabunt omnes ma-
lignos de medio iustorum. Tunc audient consilium

Illam ipsius vocem terribilem et potentem. Recedite a
me maledicti in ignem eternum. quod paratum est dyabolo
et angelis eius. In illa hora non nisi tunc amaro nimis
et lacrimabili suspirabunt. tunc traditi [illegible] fuerint mor
ti et inextinguibili igni. tenebris exterioribus
et vermibus immortalibus. eo quod in fimo in stercore mancipati
fuerint. ubi est fletus et stridor dentium. ubi est tar
tarus et miserabilis gehenna. Hec namque miserabilia supplicia
exspectant hos qui non pro suis animabus vilius deser
vierint. et non multiplicaverint talentum sibi creditum.
qui non castitatem et fidem catholicam servaverunt. Re
tineamus ergo apostoli preceptum nostri. ut sol non
occidat super iracundiam vestram nec malicie incendium
in cordibus nostris. Infirmum etiam in operibus confortemus.
et in egrotis et languentibus domum visitemus. et
quem viderimus in pauperibus esurientem saturemus.
sicientem potemus. nudum vestiamus. et infirmum
visitemus. hospitem colligamus. in carcere eamus ad
eum. petitionem elemosinam per manum pauperum non despiciamus.
ut ipse in adventu suo vocet nos dicens
Venite benedicti patris mei. percipite regnum. quod vobis
paratum est ab origine mundi. quia quod vos pau
peribus fecistis. in [illegible] pauperibus ministrastis mihi
autem fecistis tamen. Hec ergo vobis scribens. fortiter
dico. nec a luctu. nec a lacrimis cesso. quia ab hiis

[illegible]

bonis alicuius expertes. et omne impletum est. quod
apostolus. ne cum aliis praedicaverim. ego ipse reprobus efficiar.
Spero autem per orationes vestras. tempus primum praeveni
ut stare possim adversus insidias diaboli quia non est
nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem. sed adversus
principes et potestates. contra spiritualia nequitiae in caelestibus
Orate ergo semper pro nobis fratres karissimi. et orationibus vos
desideratis. ut hoc medium perficiamus. quod est divinum
et diaboli totum perturbare possimus. et effugiamus
illa quae futura sunt mala. ut veniant tempora refrige-
rii in adventu Christi. quae suis temporibus ostendet beatus
et solus potens. et transferat nos si digni fuerimus in
illam beatam spem. ineffabilem laetitiam et mansionem
eternam. De quibus nunc ex parte narrabimus. tum vobis
evangelizamus. tamquam si quis ex pelago longinquo
maris, qui gesta per desertum suum audierit. Et
non dicitur bradorum. qui parant oculos in prudentia sua.
qui separant se ab suis exemplo et gaudent cum gesti-
tionibus mundi de quo suspirant vere lugent et tunc
audient Venite ob quem plorastis. gaudete de gau-
dio meo. et videte me. et laetetur cor vestrum. et
ossa vestra tamquam herba floreat. Ibi laudatio
et exultatio. et iucunditas sempiterna. Velut fulgebunt
fratres illic fulgebitis sicut sol Illic laetabimur

letitia et inenarrabili. Illic deum videbitis. quod est
bonorum omnium potentissimum. Illic vobis corpore demon-
strabitur omnium gloria patris. et sanctorum officia angelorum.
Illic adorabimus patrem in altissimis sanctis. Illic sine fluc-
tibus et perturbacionibus vacua convivia. Illic choros
miscemus cum choris sanctorum. Illic aufert ab oculis
nostris lacrimas que pupillas oculorum nostrorum obnubilat
Illic adorabimus et dicemus mirabilis es domine
in sanctis tuis. Illic confitebimur domino quia impleti sumus
mane misericordia tua. exultavimus et delectati sumus in omnibus
diebus nostris. Delectati sumus pro omnibus diebus quibus
humiliasti nos. Quam magnificata sunt opera tua domine.
omnia in sapientia fecisti. Benedic ergo anima mea domino.
et noli oblivisci omnes retribuciones eius. Qui propiciatur
fit omnibus iniquitatibus tuis. Qui sanat omnes langwores
tuos. Qui redimit de interitu vitam tuam. Qui
coronat te in misericordia et miseracionibus. Gloria tibi domine. gloria
tibi. quia iudicia tua abissus multa. et promissiones
tue inscrutabiles et investigabiles. Domine tue
Quis sapiens et intelliget hec. Recte vie do-
mini. et iusti ambulabunt per eas. iniqui autem infir-
mabuntur in eis. Gloria patri et filio et spiritui sancto. et
nunc et semper et in secula seculorum. Amen.

Explicit liber secundus. Incipit liber tercius
eiusdem de beatitudine anime et hora mortis.